



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Pecten.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

δηλασι μαεγαλει δακρυων ροοι, ut apud Suidam est, Artemidorum, & alios : cuiusmodi somnium cum nobis aliquando contigisset, resque postmodum subsecuta esset, ita cecinimus :

Visus eram niveos manibus tractare lapillos,

Unio in his, letis gemma inimica viris.

A M E T H Y S T U S .

SOBRIETAS. CAP. XLIV.

Aμεθυ- **N**Equae desunt qui Amethystum pro sobrietate poni dicant, quod eiusmodi lapidem contra e-
s. ab a brietatem stare compertum est : non enim vino tentari potest, qui eum gestet, in quo praeter
particula nomen, quod ejus est significationis, nihil certi habeo, plerisque tamen, qualemque sit, commen-
privatis, tum placet,
E μεθης
ebrietas, vel
quod ad
colorem vi-
ni accedat.

DE PECTINE. CAP. XLV.

ERam hic finem facturus, cum tu ut prosequererita hortatus es : *Mulierem nobilem gemmis ali-
quot ornavimus, sed ea nisi caput comperit, parum profecerimus : addamus igitur & pectinem, &
speculum, ut si qua eo uti velit, non aliunde quisitum ear.* Subjici ego.

V E N U S . CAP. XLVI.

Veneri quidem praecipue sacer est pecten, ejusque Deae statua cum pectine aliquando Romae di-
cata est : soluto quippe voto, quod mulieres Romanae voverant, comis propter insuperabilem
pruriginis ardorem abrais : quo quidem incommodo atque cruciati liberatae, statuum hujusmodi
Veneri erexere, quae comas restitueret. Eandem etiam barbatam statuerunt, quod utroque sexu
praedita sit Venus, quam e lumbis ad superiora, marem, ad inferiora, feminam esse dicebant.
Atque huc spectat Maronianum illud, *Discedo a ducente Deo*, quamvis non contemnendi autho-
res utrumque sexum diis attribuant. Sed super hoc alibi. Sane quod ad pectinem attinet, Naeo
eum Cytheriacum dixit :

Saepe Cytheriaco deducit pectine cyrenas.

Propria
muliebris
cura vani-
tas, qua
hinc Te-
renti, in
Eunuch.
Dum co-
muntur
annus est.
Anecd. l. 2.

Metamorph. ubi de Salmaci. Ea enim propria est muliebris cura vanitas, ut in comendo ornando-
que capillo, studium omne suum exerceant. Quare in numismatis videas Faustinae caput multis &
diversis capillorum concinnitatibus saepe variatum. Sane Seleucus merito duodecim eos versus fir-
stulit, quibus Hesiodus inducit Palladem Theogonia Pandora fatigentem, comendo eam & or-
nando : indignum ratus sapientiae deam tanto studio circa muliebris ornatus curam occupari. Ver-
sus illi XII. hi sunt :

Ζῶσε ἢ καὶ κόσμησε θεὰ γλαυκῶπις ἀθηνῆ,
δρυοφει ἐοδῆτι, καὶ κρηθεν ἢ καλοπῆλεω
δαίδαλλω χεῖρεσσι καλῆχετο, θυῖμα ἰδέσθ.
ἀμφὶ δὲ οἱ τεφάνης νεοθηλαῖα δοῦρεσι πόινε
ἰμερτῆς περὶ θηκε καρήπι πύλλαις ἀθηνῆ.
ἀμφὶ δὲ οἱ τεφάνω χερσὶ πύλλαις κεφαλῆ φιν ἔθηκε,
τῶν αὐτῆς πόινεσ περικλυτῶ ἀμφιγυῆεις
δοκῆσας πύλλαισσι χαρίζομιν, δι πικρῆ,
τῆ δὲ ἐπὶ δαίδαλα πύλλαις πύλλαις, θαῦμα ἰδέσθ,
κινῶταλα δὲσ ἠπειρεσ ἀνατρέφει, ἢ ἢ ἡλιασσα.
τῶν ὄγε πύλλαις ἐπέθηκε, χάρει δὲ ἀπελάμπετο πύλλαι
θαῦμασση, ζωῶσιν ἐοικότω φωνήεσσιν.

Cinxit vero & adornavit Dea caesis oculis Minerva,
Candida veste : à capite vero calyptram
Ingeniose satillam manibus decinebat, mirum visu.

Circum